Quelle: https://manuscripta.at/?ID=832
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Johannes papa xxiii fecit hec metra
dum captivus fuit in Constancia

Qui modo summus eram gaudens de nomine presul
Tristis et abiectus nunc mea fata gemo
Excelsus solio nuper versabar in alto
Cunctaque gens pedibus prona oscula dabant
Nunc vero penarum fundo devolvor in ymo
Et faciem tristem quemque videre piget
Omnibus e terris aurum michi sponte ferebant
Sed nec gaza iuvat nec quis amicus adest
Sic varians fortuna vices versata secundis
Subdit et ambiguo munere ludit atrox
Credat in exemplum cunctis quos gloria tollit
Vertice de summo more ego papa cado

Can: Reg: Claustroneoburgens.
Bibliothecae iure sum
inscriptus 24 Octob.
1658

Liber Sancte Marie virginis in Newnburga claustrali